

acies, **ei**. subs. f. **FORMA** gen. arch. acii GELL 9.14.14. et acie CAES Gall 2.23.1. SALL Hist 1.41. **ETYM** AC-. [FREQ magna 2968^{indicia} 226^{/d.c.m.} 201 PLAUT] uocabulum omnibus temporibus omnibus scriptis praecipue litterariis prosa, usibus mediis narrando exponendo argumentando aptum; paulisper tamen scriptis technicis, uersu usibusque doc-tis apparet.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	411	88
	dramatica	21	49
	exponendo	440	174
	lyrica	13	59
	narrando	2078	409
	satirica	5	26
DIACHRONICA	III-II aec.	13	33
	I aec.	1234	451
	I-II ec.	989	262
	III-V ec.	732	118
DIAPHASICA	docta	630	301
	media	2332	215
	quotidiana	6	34
DIASTRATICA	litteraria	2528	236
	technica	440	183
MODUS	prosa	2572	227
	uersu	396	22

¶ iam ab initio praecipuos usus, quos per totam historiam suam retenturum esset, praebuit. In variis regnis cognitiuis agit, idea instrumenti acuti quod, propter aciem, in-signe splendet; utique, non solum ad res materiales pertinet, sed saepe ad intelligentiam et uisum refertur; abunde tamen in re militari adhibetur, ubi ferri arma uel instrumen-tum significat et praesertim exercitus ordinem in bello describit; talis ordo typice for-mam lineae longissimae et pro rata parte angustae praebibat, ex uariis ordinibus gene-ribusque militum constituta; ratio lineae secantis quae hostilem exercitum metit indiscernibilis est a filo teli quod eundem effectum in re singulari efficit, uel a mente quae tenebras conceptuales penetrat, uel a splendore uisus per spatium fulgentis; in unaquoque harum possibilitatum factores significatiui diuersi excitantur, ita ut unus-quisque eorum facultatem praebet adhuc specificius applicandi • ya desde un principio presenta los usos fundamentales que mantendrá durante toda su historia. Juega en va-rios dominios cognitivos, caracterizado por la idea de un instrumento cortante que, por lo afilado, brilla; por supuesto, no se aplica exclusivamente a objetos materiales, pues se aplica con frecuencia la inteligencia y la mirada; pero se encuentra abundantemente uti-lizada en la materia militar, donde designa un arma o herramienta de hierro y, sobre to-do, la formación del ejército en el campo de batalla; tal formación presentaba típicamen-te la forma de una línea muy prolongada y proporcionalmente estrecha, compuesta por varios niveles y tipos de soldados; la idea de una línea cortante que siega el ejército ene-migo es indiscernible de la del filo de un arma que logra el mismo efecto en la práctica individual, o de la mente capaz de penetrar la oscuridad conceptual, o del brillo de la mi-rada a través del espacio; en cada uno de estos casos se activan factores significativos distintos, por lo que cada uno de ellos presenta la posibilidad de ser aplicado más especí-ficamente aún.

a limen instrumenti acutum • borde afilado de un instrumento, la cuchilla, filo, tajo o canto [HYPER lamina^a SIM aciarium^b HOL culter, falx, gladius DOM falx] 200 PLAUT Truc 492. quorum lingua gladiatorum aciem praestringit domi. 29-19 VERG Aen 6.291. corripit hic subita trepidus formidine ferrum Aeneas strictamque aciem uenientibus offert. 79 PLIN Nat 17.192. conueniet ... plagam omnem obliquam fie-ri, ... et ad terram uerti quam leuissima cicatrice acie falcis exacuta. 370-413 PRUD Psy 102. laeta Libidinis interfectae morte Pudicitia gladium Iordanis in un-dis abluit infectum ... expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro uictricem uictrix.  GLOSS 2.385.3. 2.385.2. acies ferri ὀξύτης σιδήρου.

b1 MIL formatio uel structura exercitus ad pugnam dispositi • formación o estructura del ejército ante el combate, la línea de batalla [DOM ratio uel constitutio signa, subsi-dia, constituere, dirigere, excedere, firmare, in aciem inire, instruere, ordinare; contra inimicum opponendi pollens immota, turbata; partes quae in profundum com-ponunt prima, media, postrema, secunda, subsidiarii, ordines; in longum dextra ala, sinistra ala, cornu; siue de peditatu siue de equitatu tractetur peditatus, equita-tus; secundum peculiarem structuram initam cuneus, quadrata acies, trigonum; se-cundum abundantem uel raram pro militum numero confertus, laxare; talis exercitus linea ab imperatore uisa a fronte, a tergo, integra; secundum exitum pugnae aequo Marte, anceps, caedere, fundere, terga uertere] 52-51 CAES Gall 1.22.3. Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit. 116 TAC Ann 2.20. pe-ditum aciem ita instruxit ut pars aequo in siluam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur. 390 VEG Mil 26. Quemadmodum exercean-tur tirones, ut in acie ordines et interualla custodiant.  GLOSS 2.533.52. παράταξις ‘formación de batalla’. 2.469.48. φύλαξις. 4.303.17. ordo uel prima pars exercitus. 4.5.33. ex-tensa militum impugnatio. 4.478.39. turba exercitus.

quamuis ad res minime militares quoque aspectat • aunque se encuentra también aplicado a temas no militares 201 PLAUT Epid 547. Orationis aciem contra conferam.

b2 indiciorum maxima pars eodem sensu complectitur non solum aciem aut pugnae formationem, sed etiam exercitum qui eam componit; itaque exercitum in acie ordina-tum et adproelium expeditum significat • la mayor parte de las evidencias ha englobado en un mismo significado tanto la línea o formación de batalla como el ejército que la compone, designando entonces al ejército en orden de batalla [REL →exercitus^b DOM caedere, firmare, inclinare, procedere] 239-169 ENN Trag 325. ubi fortuna Hecto-ris nostram aciem inclinatam dedit. 48 BELL Hisp 25.4. Pompeius Niger ... ex acie nostra ad congregiendum progressus. 80-90 STAT Theb 8.400. iam clipeus clipeis, umbone repellitur umbo, ense minax ensis, pede pes et cus-pide cuspis: sic obnixa acies pariter suspiria fumant. 300-400 PARIS 7.3.6. Sertorius, cum Lusi-tanis persuadere uellet ne cum Romanis uniuersa confligerent acie.

acies ad partem exercitus specialiter referri potest, ut peditatum, equitatum uel cla-sses • la formación en orden de batalla puede referirse concretamente a la de una parte del ejército, como la infantería, la caballería o la marina [DOM pedestris] 29-9 LIV 4.19.5. Ita equitum quoque fusa acies. 50 CURT 4.13.29. Peditum acies equitatu te-gebatur. 80-90 STAT The 6.298. neque enim generosior umquam alipedum conla-ta acies.  GLOSS 2.285.52. εἰλη ‘tropa de caballería’. 4.303.15. acia ala.

haec constituendi exercitus ratio, quod simul contrarium est et coniunctum ad alias pugnae rationes, praesertim refert ad eas quae ad castrorum aut urbis defensionem spectant, ubi dispositio copiarum ab ea quae in aperto campo fit ualde differt • esta ma-nera de disponerse el ejército está, a la vez que opuesta, relacionada con otras estructu-ras de batalla, sobre todo las que aluden a la defensa de un campamento o de una ciu-dad, en las que la disposición de los efectivos es muy distinta a la que se realiza en campo abierto 29-9 LIV 9.31.6. praepotentem armis Romanum nec acies subsistere ullae nec castra nec urbes poterant.

talis ordo contra eius absentiam opponitur, item contra manus minoribus militibus constitutas • tal estructura está opuesta a su propia ausencia, a la vez que a un grupo armado menor que el que forma acies [DOM manus, tumultuarius] 50 CURT 4.16.24. nec Persae inulti cadebant: quippe non uniuersae acies quam hae tumultuari-ae manus uehementius iniere certamen.

quia de insidiis minime agitur, siue quia plano campo ad exercitum explicandum indi-gebatur, acies quoque aequum (locum) uocatur • puesto que no se trata de emboscadas, o bien porque es imprescindible una llanura para desplegar el ejército, acies recibe la equivalencia latina de aequum (locum) 45 CAES Ciu 3.55.1. Omnibus deinceps die-bus Caesar exercitum in aciem aequum in locum produxit. 98 TAC Agr 18.3. quia in aequum degredi Ordouices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem.

uel aequo Marte • o de aequo Marte  FRONTIN Strat 2.4. cum aequo Marte aduersus obstinatos Samnites concurreret.

mox ad exercitum belli tempore pertinuit • muy pronto fue aplicado al ejército duran-te una campaña militar 62-43 CIC Fam 10.23.6. Tu, mi Cicero, ... praesta, ut uigilan-ter neruoseque nos, qui stamus in acie, subornes.

item per gentilicium uel patronymicum mutatum, exercitum in bello sub imperio cuiusdam ducis significat, aut patriam cuius exercitus est • y, a su vez modificado por un gentilicio o patronímico, designa un ejército en campaña a las órdenes de un general concreto, o el país al que pertenece [DOM Romana] 45 CAES Ciu 3.94.4. acies Pompeia-na. 29-9 LIV 22.29.3. Fabiana ... acies. 80-90 STAT Theb . Stat Thebana acies. 394-404 CLAUD Get 6234. Romana ... acies.

item per adi. ab proelii nomine deriuatum designatur • se encuentra también modifi-cada esta palabra por un adjetivo derivado del nombre de una batalla 32 VAL MAX 1.5.6. Pompeius ... in acie Pharsalica uictus a Caesare.

b3 postea proelium pugnae certe designauit • a partir de aquí, designó directa-mente el combate o la batalla [HYPER inimicitia SIM →proelium] 55 CIC De orat 2.84. aliud enim pugna et acies. 30 VELL 2.26.1. pulsus a Sulla acie Praeneste ... se exer-citumque contulit. 200-300 PERVIG Ven 8. Laborantibus in acie Romanis.

b4 interdum proelii ratio, pugna, exercitus proeliaturus in unum confunduntur, ut exercitus plane designetur • en ocasiones, la estructura de la batalla, el combate, el ejército en formación se funden para hacer referencia, llanamente, al ejército [SIM →exercitus^b] 29-19 VERG Aen 1.489. se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis, Eoasque acies et nigri Memnonis arma. 130 CALP 26. propter nimis fre-tus auxiliis deorum in aciem duxi pueros adhuc teneros.

c1 inde a principio ad intuitus nitorem siue intuitum ipsum pertinet • desde muy pronto se encuentra aplicado al brillo de la mirada, a la mirada misma [HYPER fulgor DOM oculus] 205 PLAUT Mil 4. PYRG. Curate ut splendor clipei ... praestringat ocu-lorum aciem in acie hostibus. 70 LUCR 4.691. res quae feriunt oculorum acies ui-sumque lacesunt. 50 SEN Nat 1.6.5. Sidera ampliora per nubem aspicienti uiden-tur, quia acies nostra in umido labitur. 63-65 SEN Tro 1079. collis procul aciem patenti liberam praebet loco. 334-350 FIRM Mat 1.7.20. oculorum acies splendo-rem paulatim extenuati luminis perdidit.  GLOSS 2.258.37. βολή ὀφθαλμοῦ. 4.6.4. acutum oculorum uel gladii. 2.384.50. locum exercitus ὀξύτορκία.

quippe a nitore ipso hoc uocabulum ad hunc locum aptum fit, contrarios oculos igne suo uulnerans; qui nitor a sidere provenire quoque potest • es el brillo precisamente lo que permite aplicar esta palabra a tal situación, pues hiere la mirada contraria con su fuego o su energía; este brillo puede también ser el que emana de un astro 37-30 VERG Georg 1.395. neque tum stellis acies obtusa uidetur. 79 PLIN Nat 2.150. manifes-tum est radium solis inmissum cauae nubi repulsa acie in solem refringi.

c2 oculi pupillam quoque designauit • también designó la pupila del ojo [HOL oculus SIM →pupilla^b] 45-44 CIC Nat deor 2.142. aciesque ipsa qua cernimus, quae pupula uocatur. 79 PLIN Nat 7.12. in Albania gigni quosdam glauca oculorum acie.

c3 inde oculum ipsum • y, por la misma senda, el ojo [HOL caput MER pupilla SIM →oculus] 29-19 VERG Aen 788. huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem Romanosque tuos. 100-128 IUV 9.65. ut Polyphemi lata acies.

c4 immo uisionis sensus • o incluso el sentido de la vista [HYPER sensus SIM →uisus] 45 CIC Fin 5.84. Bonum incolumis acies: misera caecitas. 398 AUG Ser 61. Est enim acies oculorum in quibusdam talis, ut de longinquo possint uidere.

d inde acumen in uidendo ad considerandum pertinuit • la capacidad de ser cortante o afilado se aplicó con toda naturalidad a una manera especial de mirar, la penetración o agudeza mental, perspicacia, viveza o chispa [HYPER intelligentia SIM →acumen^k] 205 PLAUT Mil 1028. Ad eam rem habeo omnem aciem. 55 CIC De orat 2.160. Aris-toteles eadem acie mentis, qua rerum omnium uim naturamque uiderat. 125 APUL Socr 2. Est aliud deorum genus, quod natura uisibus nostris denegauit, nec non tamen intellectu eos rimabundi contemplantur, acie mentis acrius contem-plantes. 412-427 AUG Ciu 14.16. ut ... paene omnis acies et quasi uigilia cogitatio-nis obruatur.  GLOSS acies animi ὀξύτης φρενῶν.